

S T I B I

Tibi, Græcis σίμη, Plinio, Stibiū,
Si sunt codices emendati; in offici
nis nescio qua appellatione antimo-
nium: lapidem plumbariū refert, sed
magis nitet aut radiat, & magis est fissi-
file, magis friabile, magis manus tin-
git. Esse autem hoc metallum pro-
prium, non plumbeum, vt Plinius, id
apparere videtur, cùm in catinis est
excoctum. Nonnulli id esse volunt,
quod Cincum nominant metallici,
id quod fundi potest, sed tractari mal-
leone non potest. Verum hoc relinquo
peritioribus. Inuenitur autem stibi
in venis proprijs, vt Isfeldæ in Hercy-
nijs, quod interdum corio piano est,
interdum tessellato, plerunq; schisti
specie. item in venis argentarijs: item
iuxta venam schisti lapidis, vt in pa-
go vno à Fribergo miliario, qui nomē
habet Abietis altæ. Quod maximè
fria-